

De Syllogismo modali.

445

Necesse est N. lapidem esse hominem.

O. rationale est homo. E.

Necesse est N. rationale esse lapidem.

Eodem modô se res habet in Camestres & Festi-  
no, e. g.

O. rationale est homo.

Necesse est N. lapidem esse hominem. E.

Necesse est N. lapidem esse rationalem.

Necesse est N. elementum esse mixtum.

Q. corpus naturale est mixtum. E.

Necesse est Q. corpus naturale non esse elemen-  
tum.

In modo autem BAROCO sive major, quæ  
est universalis affirmans, sive minor, quæ est  
particularis negans, sit necessaria, non sequi-  
tur conclusio necessaria. Aristot. l. c. §. 7. &  
10. Vid. Monlor. c. l.

14. Conclusio quarta. In tertia figu-  
ra, si utraque præmissarum est univer-  
salis affirmans, ut *Darapti*, sequitur con-  
clusio necessaria, sive major sive minor  
propositio necessaria sit. Arist. l. i. pri-  
or. cap. 11. §. 1. Conf. etiam Alex. Aphrod.  
e. g.

Necesse est O. animal sentire.

O. animal vivit. E.

Necesse est Q. vivens sentire.

item